



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,  
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, 1615**

S. Valentinvs Ex Abbate Episc. Bataviensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

DE S. VALENTINO EPISC. BATAVIENSI.

# S. VALENTINVS

EX ABBATE

EPISC. BATAVIENSIS.

Sub an-  
num cccc.  
et p. st.  
Eugippius  
in vita S.  
Seuerini  
cap. 41.  
Omnes Fa-  
sti & pro-  
prium bre-  
uiat. Ba-  
tauinum.  
Surius, a-  
lij, prid. No-  
nas Aug.  
7. Idus Ia-  
nuarij.



Valentinus ante S. Seuerinum vixit, ad Oceanum (Germ: opinor) natus, venit Batava Noricorum, vbi eâ tempestate duæ pestes regnabant in vrbe; paganorum inquam idololatria & Arianorū perfidia; contra quos in aciem descendit Valentinus, nec multum profecit. Romam semel ac iterum inde profectus, vti summi Pontificis auctoritate pontificatu auctus, actior rediret, nec dum pro animi sententia rem conficere potuit. Imò artibus & improbitate Arianorum Vrbe pulsus, ad alpes Maias haud procul Merania apud Teriolos, se contulit, vbi felici admodum successu multis ad Christi sacra traductis Ecclesiam condidit, in qua post ingentes labores conditus, post duo triaue sæcula à S. Corbiniano Batava est transuectus. Fit huius Diui mentio apud Eugippium in historia S. Seuerini, vt infra leges. Plura Surius pridie Nonas Augusti. Ponunt Batauienses hunc Diuum non immeritò inter primos Urbis suæ Pontifices, & tutelares. Agitur anniuersaria eius celebritas festa cerimonia vii. Idus Ianuarij. In Batauino Breuiario hæc de illo ad verbum exscripta lege:

Valentinus vite sanctitate insignis, ab Oceano ad Batava oppidum, nunc Passauium nuncupatum, venit. Vbi genti à vero Dei cultu alienæ, verbum vite prædicaturus, Romam petijt, vt ad prædicandi munus Apostolica interueniret auctoritas. Reuersus inde, & iussu Pontificis pium opus aggressus, animas, quarum salutem mire sitiebat, assiduâ verbi diuini prædicatione Christo lucrari diu multumque conatus est. Verum, cum semen verbi salutiferi, velut in petram, frustra se spargere videret, Romam redijt, petens se ad alium populum facientem fructum mitti. Sed Valentinus à Pontifice in Episcopum creatus, ac, vt Apostoli exemplo, adhuc ibidem prædicando opportunè importunè instaret, remissus est; facultate ei datâ, post irritos tandem labores, ad alias gentes commigrandi. Cum igitur S. Episcopus spiritu Dei feruens, muneri suo iterum ardentè insisteret, & Batauos ad viam veritatis traducere laboraret, illi Arianorum accedente perfidiâ, hanc prædicandi instantiam non ferentes, eum è finibus suis excedere

S. VALENTINVS EPISCOPVS.



Rura VALENTINVM tutantur, et oppida possunt,  
Fas regnat ruri, regnat in Vrbe nefas.  
Rupes et scopuli profugos texere cauernis,  
Et sua proscriptis lustra dedere feræ:

Horribiles illos non oblasere dracones,  
Adq; pedes sæua procubuerunt tigres.  
Flamma pios venerata fuit, pontusq; pepercit,  
Sæuius est aliquid fluctibus, igne, foris:

E

excedere.

S. VALENTINVS EPISCOPVS



Et non prescriptis nec in bellis fuit  
Sed et regibus post hoc tempore cunctis  
Fuit regibus tunc regibus in pace ubi  
S. VALENTINVS EPISCOPVS

St. Valentine fuit non celebrare  
Iste fuit tunc prescriptis fuit  
Fuit tunc prescriptis fuit non celebrare  
St. Valentine fuit non celebrare

excedere coegerunt. Quare vir Dei Rhetias peragrans, hominum saluti ubique  
 predicando quam maxime studebat. Tandem in montana se contulit; ubi multis  
 pro Christo perfunctus laboribus, ingentique animarum fructu reportato, vita  
 sua terminum praesciens, beato fine quieuit; in vita & post mortem miraculis  
 clarus. Eius corpus in Maiensi Castro in alpebus sepultum, ad Batava  
 eandem, ubi propriam sedem, unde vivens exu-  
 lauerat, honorifice translatus est.



E 1 S. SEVE